



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1865**

XIV. Der Hochmeister von Preußen bestimmt die Grenzen zwischen Stolp  
und dem von ihm den Markgrafen abgekauften Theile des Pommerschen  
Landes, am 9. October 1313.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

XIV. Der Hochmeister von Preußen bestimmt die Grenzen zwischen Stoly und dem von ihm den Markgrafen abgekauften Theile des Pommerischen Landes, am 9. October 1313.

Nos frater karolus de Treueri, Generalis Magister Hospitalis beate Marie Domus theuthonice Jherosolymitani, Recognoscimus publice per presentes, Quod Mete ac Gades inter terram Stolpensem ac partem terre Pomoranie, quam a Magnifico Principe domino Woldemaro, Inclito brandenburgenfi, Lufacie et de landesberg Marchione ac Illuftris Principis Johannis Marchionis brandenburgenfis Tutore, racionabiliter emimus, prout ipfius littere nobis super hoc tradite fatentur, taliter sunt diftincte perpetuis temporibus valiture. Primo de loco, vbi leba fluuius in Salfum març fluit, ascendendo ad locum, vbi dictus fluuius leba fluit de lacu lebezck, et ipfe leba Predicto domino Marchioni ac nobis de ipfo lacu lebezck vſque ad ſalfum mare ſtabit communis, Sed et ipfe lacus lebezck ipfi Marchioni et nobis communis remanebit, Ita quod homines domini Marchionis volentes in dicto lacu lebezck piſcaturas agere ſibi de iure, quod exinde ei competit, reſpondebunt, hominesque noſtri ac fratrum noſtrorum piſcaturas in hoc lacu agentes nobis de iure, quod exinde nobis competit, reſpondebunt, Sed exceſſus, Si qui in ipſo lacu perpetrati fuerint, ipſe et Nos iudicabimus, et quidquid de exceſſibus prouenerit, debet inter Nos hinc et inde diuidi equa lance. Item de loco, vbi dictus fluuius leba fluit in predictum lacum lebezck, aſcenſus erit vſque ad clauſuram Ragy, que dicti domini Marchionis et noſtrorum fratrum vſui debet communiter applicari, et de Ragy vſque ad villam malecfitz, que nobis cum ſuis pertinenciis remanebit, abinde vſque ad villam Onezſyno, que cum ſuis pertinenciis nobis ſimiliter remanebit et deinde vſque ad villam woſkowe, que cum omnibus ſuis attinenciis eſt domini Marchionis, et ab hac vſque ad villam Goluzſyno, que cum ſuis metis eſt noſtra, et ab iſta vſque inter villas Svkowe, que cum ſuis metis eſt noſtra, et Studzentz, que cum ſuis metis eſt domini Marchionis, ab hoc loco vſque ad aream ville Golytzevo, que eſt noſtra, ſed nemus fagorum eſt domini Marchionis, et ab iſta area vſque ad lacum Glyno, qui eſt noſter, Sed nemus fagorum eſt domini Marchionis, De hoc lacu vſque ad lacum zomyn, qui eſt noſter, et termini ville noſtre wamyſlay dambowe protenduntur vſque ad ſpaciũ vnus funis, De lacu predicto zomyn menſurando, et de hoc lacu vſque ad riuium Schoffowe, qui eſt domini Marchionis, et vltra trans riuium hunc vſque ad warnowawoda et de hoc vſque ad locum, qui dicitur woſky, de hoc vſque ad lacum nominatum Cammenyſno, cuius litus domini Marchionis eſt, lacus vero noſter, De hoc lacu directe vſque ad lacum Lanky pertinentem ad Schytnam, Sed litus domini Marchionis, De lacu Lanky vſque ad aream ville Petriſkowe, que cum ſuis metis eſt domini Marchionis, De hac area vſque ad lacum Studenyzno, cuius litus adiacet ſchitne, lacus vero Slawe adiacet, et de hoc lacu vſque ad lacus et paludes woſſcha, quorum maior pars adiacet Slawe, minor vero adiacet zchytne, Item de woſſcha directe ad lacum, qui dicitur Cezentzyn pertinentem ad zchytne, Sed litus ad Slauam, Item de Cezentzyn directe ad locum, qui dicitur ad gladios procedendo, vbi Gades finem inter predicti domini Marchionis et noſtras terras debitum Sorciuntur. Adicientes tamen, quod Si alique ville ſeu villarum aree tangunt gades ſuperius limitatas, ex hoc nulli ville vel aree vtrobique volumus in ſuis diſtinctionibus preiudicium generari. In quorum omnium et Singulorum Sempiternum teſtimonium preſentes litteras dari Juſſimus, noſtro Sigillo roboratas, valituras in ſecula ſeculorum. Teſtes autem ad hoc rogati et deputati ſpecialiter ſunt Viri Religioſi fratres noſtri Ordinis, videlicet Henricus de Gera, Magnus Commendator, Hen-

ricus de Plotzk, Prussie Marscaleus, Fridericus de wildenberg, hospitalarius, Henricus de ysenberg, Draparius, Johannes de aluenfleue, in Engelfberg, Gerardus de Manfuelt, in brandenburg, Guntherus de arnstein, in Balga, Henricus, in Mewa, Dauid, in Gdantzk, commendatores, frater henricus de wederen, et alii plures nostri ordinis fratres. Actum et Datum in Stolpa, Anno domini Millesimo Trecentesimo Terciodecimo, die beatorum martirum Dyonisii et Sociorum eius, per Manum Theodericii nostri Notarii.

Nach dem Originale im Frankfurter Stadtarchive VIII, 3, 91.

XV. Waldemar und Johann, Markgrafen von Brandenburg, verkaufen dem Erzbischof von Magdeburg die Graffschaft zu Billingsho für 2260 Mark Silbers, ausgenommen das Dorf Elben und die Allodien der Burgmannen von Wolmirstedt, wiederkäuflich auf 2 Jahr, am 11. Juni 1316.

Woldemarus et Johannes, dei gracia Brandeburgenses et Luzacie Marchiones, vniuersis, ad quos presentes littere peruenierint, noticiam subscriptorum. Recognoscimus per hec scripta, quod certis et iustis causis persuadentibus venerabili patri domino Borchardo Magdeburgensi Archiepiscopo nomine suo et ecclesie sue Comitiam in Belligesfo (sic) ementi et recipienti cum omnibus suis Jurisdictionibus, Aduocatiis, Judiciis, Juribus, prouentibus et utilitatibus ac aliis commodis et profectibus quibuscumque, sicut nos et progenitores nostri eam dinoscimur habuisse, vendidimus et prout melius valere poterit, plene donauimus ac tradidimus et tradi fecimus pro duobus Milibus et ducentis ac Sexaginta Marcis Stendaliensis argenti, de quibus idem dominus Archiepiscopus iuxta nostrum beneplacitum nobis totaliter satisfecit et complete persoluit. Preterea in contractu vendicionis et donacione premillis tale pactum in fauorem nostri libere intercessit, quod comitiam eandem reemendi a festo beati Martini nunc instante ad duos annos proximos subsequentes habeamus omnimodam potestatem restituta et soluta domino Archiepiscopo et sue ecclesie pari, quam ab eo accepimus, pecunie quantitate, predicto vero termino duorum annorum tranfacto nullam reemendi habere debebimus de cetero facultatem. In hiis tamen vendicione et donacione villam Elboy et allodia Castrensiu de wolmerstede in eadem villa excepimus et voluimus esse excepta, ut non debeant in venditione et donacione cum vniuersitate transire. Promittimus eciam et facimus ipsi domino Archiepiscopo et ecclesie sua nomine suo et ecclesie sue recipienti promissum de dicta Comitiam sibi vendita et donata, vt predictum est, legitimam warandiam contra quoslibet impetitores, si qui apparuerint in futurum. Ceterum in hoc inter dominum Archiepiscopum et nos concorditer est conuentum, quod siue ipse dominus Archiepiscopus et ecclesia Magdeburgensis dictam Comitiam retineant uel ad nos fuerit reemendo uel per modum alium reuerfa, quod nec dominus Archiepiscopus, neque eius futuris temporibus successores, neque nos, neque heredes nostri vmquam munitionem aliquam erigere seu edificare debebimus infra fines et terminos Comitie superius nominate et quod vnicuique hominum et vasallorum nostrorum in eadem Comitiam Jura sua salua et integra, sicut hactenus seruata sunt, debeant futuris temporibus obseruari, nisi quis a Jure suo pristino